



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Papa an sit caput Ecclesiæ. tit. 212

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

peratis: Non complacentia populi, nam Matth. 10.
Qui plus amat patrem, matrem, &c. Nulla ergo harū
causarum excusat, sed benē necessitas extrema, infir-
mitas puerperæ &c.

Tertio, hoc peccatum, quod pleriq; vitia carnis nō
putant peccatum, Paulus 1. Cor. 6. taxat, Nescitis, in-
quit, quōd corpora vestra tempa sint Spiritus sancti?
& Apocal. 3. angelo Laodiceæ Ecclesiae dicitur: Scio
opera tua, quia neque frigidus, neque calidus es, uti-
nā vel ynum es, aut frigidus, aut calidus: sed quo-
nam tepidus es, & neq; frigidus neque calidus, inci-
piam te euomere ex ore meo, &cet. Frigidus es, quia
quæ facis, aut propter homines, aut voluptates, aut
timore pœnæ facis, & nec calidus, implens præcepta
mea seruore charitatis, aut obedientia Ecclesiae. In-
cipiam te euomere, id est, à me abijcere, tanquā quid
abominabile. Nam illa tepiditas, id est, tarditas senti-
ta est ad omnia vitia, & dicis: Diues sum, habeo Chri-
stum in fide, sufficit, nullius ego, id est, opus non est
vñfaciam opera, obediam Ecclesiae præceptis: & ne-
cis, quia miser es, per parentem gratia: & miserabi-
lis, per reatum pœnæ, pauper in bonis spiritualibus;
teucus, non videns defectionem, & nudus, virtutibus
poliatus &c. Igitur suadeo tibi à me emere aurum,
id est, charitatem & obedientiam postulare. Extra il-
lam enim non est salus.

Ex quo sequitur, quōd non compatiuntur sese, esse
catholicum animo & fide, & corpore sectarium. Hoc
est neq; calidum, neq; frigidū, esse, ac tales euomit
Deus & abominatur. Beatus igitur homo, in quo nō
est dolus: Et qui verus ex toto est Israélita, id est, ca-
tholicus.

PAPA AN SIT CA-

put Ecclesiae.

TITVLVS CCXII.

Notan-



OTANDum primò, quòd dupli modo scriptura loquitur de capite Ecclesiæ. Primò, vt de capite fidei in quod credetur quod omnibus mēbris dat gloriam, & gratiam, & omnia in omnibus adimpl. plet: sic solus Christus est caput Ecclesiæ, Eph. i. Cor. 10. & de illo loquitur Apostolus: Co- rinth. 3. Fundamentum nemo aliud ponere potest, id est, salutis, præter id quod positum est, quod est Deus minus noster Iesus Christus. Supra hoc fundamen- tum, id est, Christum, est ædificata Ecclesia, ratione fidei. Et sic etiam Papa est membrum Ecclesiæ, cohæ- rens capiti Christo fidei. Sic & Imperator. Gal. 3. Oës vos vnum estis fidei in Christum. Hæc omnium no- stra est generalis fidei confessio: Tu es Christus, filius Dei viui, Matth. 16.

Secundo modo loquitur scriptura de capite Eccle- siæ, ratione obediæ & regiminis. Vult enim Deus omnia ordine fieri in ecclesia, i. Cor. 14. Ideo Christus instituit caput Ecclesiæ, cui obediare deberent subdi, non in eum credere, & sic Petrum instituit, dicens: Tu es Petrus, id est, lapis fidei, non dubitans in fide, sicut & ceteri, qui dicunt me esse, alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, &c. Ideo te volo esse caput officio & per- sona, id est, ratione regiminis, & sub tuo officio & re- gime, id est, ordine, ædificabo per verbum Euange- lij Ecclesiæ meæ. Si ergo diligis me, pasce oves meas, Ioan. 21. Sub nullo ergo hæresiarcha & sectario existi- catur ecclesia Christi, sed potius desolatur & destrui- tur. Sub capite ergo Papa vnitas crescit, id quod Au- gustinum etiam mouit credere hanc esse verâ Eccle- siâ, quæ Papa & Romana Ecclesia est. In Epistola con- tra Manichæos, quam vocant fundamenti, eo quid Papa semper successit Papæ. Non sic hæresiarcha ha- resiarchæ: stetit semper promissio Christi, Matth. 16. Portæ inferorum non præualebunt.

Temp.

Tertiò, Deus synagogæ prouidit caput, id est, sumnum sacerdotem, Deuter. 17. cuius stare oportuit iudicio, quoties mota fuit quæstio de lege. Sic multò implius Ecclesiæ suæ puidit Christus caput aliquod si quod confugiendum esset in cōtrouersijs de religione, & cuius iudicio stare oporteret. Hoc omnes catholici doctores fecerunt, solis hæreticis exceptis, qui semper, quatenus suam possint statuere hæresim, abiecerunt Papam, propter causam quam explicat Cyprianus libr de simplicitate Prælatorum: Quamvis cæteri Apostoli, inquit, erant hoc, quod erat Petrus, tamen ut vñitas conseruaretur, ab uno vnitatis originem incipere disposuit. Hanc vnitatem qui non tenet, Dei legem non tenet, nec tenet fidem, nec verbum salutis. hæc martyr Cyprianus.

Quartò, quia neque Christus, neque Petrus fides, ergo fides non est fundamentum supra quod edificatur Ecclesia, sed persona Christi: hoc est fundatum Ecclesiæ, supra quod fide edificamur, Ephe. 2. in quo ædificatio constructa crescit, &c. & persona Petri, persona est, supra quam ratione regiminis est Ecclesia ædificata, ut vñitas conseruetur, &c.

ECCLESIA VEL CONCL lium quomodo non est supra ver bum Dei.

TITVLVS CCXIII.

Otandum primò, quod quandò dicitur, Ecclesia sic conclusit, diffinit, intelligit scripturam, &cæt. non hoc dicitur quod Ecclesia sit supra scripturam, superior & maior illius authoritas, quā verbi Dei, aut quod Prælati Ecclesiæ ad libitum adulterēt verbum Dei &cæt. sed verbum Dei in se immutabile, materiæ eternū, Esai. 40. Luc. 21. Verba mea non trans-

III ibunt,